



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Mysticvm Heliotropivm Hoc Est Selectæ Indvstriæ Ad Unionem Cum Deo consequendam**

**Gianotti, Alfonso**

**Ingolstadii, 1658**

Industria IV. Docet, cur & quomodo jugem Præsentiaë Divinæ Memoriam  
habeamus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-51801](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-51801)

70 Praxis per diem usurp.

quæ me ab illius executione  
impedire possunt.

Hoc solum adverte, gratiam  
auxilium à DEO petendum  
non tantum semel aut in principio  
sed frequenter & constanter,  
pius repetendo, durante tali ac-  
tione vel necessitate, petitionem  
tamen ad DEVM, velut præ-  
ter Patrem, faciendam est.

#### INDUSTRIA IV.

Præsentia DEI.

**Q**uarta Industria supponit  
veritatem aliquam tam  
tam fidei & rationis naturalis  
mine, quam certum est DEVM  
in omni perfectione esse infinitum  
& præsentem in omnibus rebus

is & personis. Est autem hac :  
DEVM tuum cum tota essentia,  
potentia & sapientia sua infinite  
plenitudine ita tibi presentem esse,  
ut infinites perfectiore quodam  
modo in te sit, teque peneiret, &  
omnes creaturas materiales &  
spirituales, quàm ignis ferrum in  
fornace ignitum, aut lux vitreum  
globum in aëre suspensum, & Soli  
expositum, vel aqua spongiam in  
medio maris positam, sive calor  
manum calefactam, & anima  
corpus animatum. Hoc supposito,  
conditio & obligatio tua requireret  
ut tantâ cum unione operationum  
intellectus & affectuum volunta-  
tis DEO tuo presenti, qui est Ani-  
ma anima tua, te conjungeres,  
quàm

quàm arcto continuoque vinculo  
 corpus anima tuæ copulatur. Ad  
 ra, reverere, ama, gratias age,  
 ad virum propè defectum, totum  
 te impende sancta conversatio  
 cum intimo tibi Patre tuo & omni  
 Bono, imò ipso Esse tui Esse; &  
 fortè te ipsum separe subinde, ut  
 lūm, ad externas creaturas con  
 veras, tunc lumen quod aspici  
 ignis qui te calefacit, aqua que  
 malefacit, anima, cuius virtus  
 moveris, in memoriam tibi re  
 cantes naturalem subiectionem  
 suorum penetrationem, sug gerat  
 simul ac excitent memoriam D  
 tui in te, supra, infra & circa  
 existentis; voluntati verò affectu  
 adorationis, gaudij, & c. ling  
 vocem

vocem laudis & benedictionis sub-  
ministrant.

COLLOQVIVM IV.

Vnde quaque inexcusabilis  
sum, ô immense & præ-  
sentissime DEVS, si non totus  
tuis, tibi que semper conjun-  
ctus sim. Quantumcunque  
pulchra, dives, prudens, a-  
mans, qualecunque bonum sit  
aut possideat adamata aliqua  
creatura, non potest tamen  
amans illam semper presentem  
habere multò minùs sibi uni-  
tam & intrinsecam, cum limi-  
tatio & sphaera multùm restri-  
cta ipsius Esse, posse & operari  
creati necessario cogat longis-

E simè

simè sapè ab oculo, & corde  
amantis separari.

Sed tu (mi DEVS) in thesauro  
infinitarum tuarum perfectionum  
unam, eamque ad adorandendum  
in cordibus nostris amantibus  
charitatis igitur purissimam  
possides, Immensitatem scilicet,  
quæ in omnibus rebus ac personarum  
partibus interioribus & essentialibus,  
cum tota divina Majestatis  
tue substantiâ, Opulentia,  
Potentia, Sapientia, Pulchritudine,  
omni que Bonitate, quæ oculis  
Beatorum in cælo aperientibus  
eosdem per omnem æternitatem  
felicissimos reddet, presentem  
te constituit.

Tu in quavis creatura tuâ existis quasi anima animæ & quasi Esse ipsius Esse. Ita intra illam, illaque intra te est, sicut infantulus in utero Matris formatus, nutritus, gestatus, & maternis visceribus circumdatus.

Tu in creaturis tuis materialibus in terra existens ita operaris, dans illis, quæ sensibiles sunt, actuale ipsarum Esse; omnibus, licet in tot Mundi partibus multum distantes sint, semper intrinsecus & unitus, ut eodem tempore in animabus nostris præsens opereris opera spiritualia, admiranda, illuminando videlicet intelle-

E 2            dum,

ctum, movendo voluntatem,  
sanctificando & recreando  
stas, castigando & mortifican-  
do ingratas animas; imò e-  
dem temporis momento in  
ferno punis rebelles Spiritus  
quo in cælo præmiaris fideles  
servos tuos, omnibus semper  
immutabili stabilitate præse-  
ntissimus per Essentiam, Poten-  
tiam ac Operationem tuam  
actu semper cognoscens, qui  
fit, possit, cogitet, ac operetur  
omnis creatura, absq; eo quod  
efficere possis, quò minus per  
essentiam tuam infinitam in  
omni re existas, & opereris,  
stinctèque cognoscas & com-  
prehendas, quidquid in illis  
reperitur.



O mi magne DEVS, fieri  
potest, ut, sicut magnes vici-  
nus ferro illud ad se attrahit,  
tu, in quo omnis attractiva ani-  
marum vis est, plus quam fer-  
reum cor meum tibi non uni-  
as? Heu me! & non timeo,  
revereor, & adoro infinitam  
DEI presentis Maiestatem?  
non me delectat, non recreat  
nec confortat omne bonum,  
quod mecum & intra me est?  
& non conversor sine inter-  
missione, pleno cum affectu &  
teneritudine cum Patre meo,  
vero amico meo, cum indivi-  
duo mihi socio, cum sponso  
meo amantissimo? itane pos-  
sibile est, ut in oculis DEI

E 3 sem-

semper apertis, & ad obli-  
vandas tam internas quàm ex-  
ternas actiones meas intentis  
associatamq; habentibus ma-  
num ( quæ semper vel bona  
adnotat, tempore suo Beati-  
tæternitati justos adjudicatur  
vel mala, ut reos in infernum  
yllum præcipitet ) non me  
omni etiã minimâ labe, mi-  
dum conservem, & bonis op-  
ribus abundem, cum adeo  
cinus sim ac præsens sum  
Bono, imò sanctitatem ipsam  
& summam Bonitatem in  
me teneam?

Ah! mi DEVS, quem ador-  
in me, circa me & in omni lo-  
co præsentem, ignosce hinc  
mea

meæ tam temerariæ animæ,  
quòd non solùm te non sit re-  
verita, nec amaverit, tenendo  
oculos in fidei lumine defixos  
versùs te DEVM suum præsen-  
tem, (sicut Angeli tui id agunt  
gloriæ lumine elevante) sed  
turpiter & impudenter te  
præsentem offenderit. Tibi, ti-  
bi soli peccavi, & malum co-  
ram te feci; nunc tuæ me to-  
tum committo misericordiæ  
tam propinquæ ac præsentis,  
quàm propinquus es Tu; Con-  
fusus, illum, qui me sinu vivifi-  
co immensæ charitatis suæ ad-  
eò constanter complectitur,  
condonaturum quoque, erro-  
rem in se quidē gravem, sed à

E 4

DEO

DEO praesente condonatu  
cilem.

Converte (mi DEVS) obli  
vionem meam de tua praesentia, meá que erga te obligati  
ne, in perpetuam quandam  
cordationem tanti thesauri  
qualis est habere secum ipsi  
Paradisi pulchritudinē & be  
nitatem, conservando in me  
juge exercitium amoris, super  
omnia, erga tantum & Summum  
Bonum; gaudij de tantá tu  
perfectione, meáque felicitate;  
fiduciæ de obtinendo favore  
regratiarum tuarum, quas tu  
cum imò mecum gestas, ut tu  
las elargiaris; virtutis & sancti  
tatis coram Domino sancti  
tatis

Colloquium IV. Et

tatis & virtutum, qui tu es, mi  
DEVS, semper intrinsecus &  
presens mihi, omnibusq; crea-  
turis; cui sit laus, amor, con-  
gratulatio, gratiarum actio, &  
omnis unio intellectus & vo-  
luntatis meæ, omniumque  
animarum ac spirituum tuorum  
in sæcula sæculorum. Amen.

PRAXIS PER DIEM  
USURPANDA.

**V**idens ignem, aut ei asidens  
dic: O mi DEVS, te ado-  
ro magis mihi internū, quàm  
hic ignis sit ferro aut ligno; O  
DEVS, succende me tuo sancto  
amore, & transforma me totū  
in te per veram virtutū tuarū  
imitationē. E s Vi-

*Videns aut tangens aquam*  
O Domine, agnosco & fateor  
me positum in tuâ immensitate,  
te, sicut piscem aut spongiam  
in medio maris. O Summum  
Bonum meum, vivam ego  
te & de sancto amore tuo  
sicut piscis in aqua. *Videns  
cem, dic: O DEVS, verum  
men, quod tenebras nescit  
tuo Esse magis penetras  
mam & corpus nostrum, quod  
lumen hoc materiale hunc  
rem; O sol meus iustitiæ,  
mina me, ut semper plus  
noscam te; accende me, ut  
plus semper amore tui  
descam.*

*Cum videris, aut consideras*

*ris teipsum vel alium hominem,*  
dic: O D E V S, anima animæ  
meæ, infinities perfectiùs in  
mundo & quâvis eius parte  
existis, quàm anima hæc in  
corpore isto, & quovis illius  
membro; invisibilis es, sed  
omnibus illius partibus præ-  
sens, & operans in omnibus.  
O mi chare D E V S, maneam,  
ego spirituali vinculo tibi  
semper unitus, sicut corpus cū  
anima nexu naturali, dum vi-  
vit. Amen.

*Interdum Divinitatem DEI*  
*tui, invisibiliter quidem, reipsa*  
*tamen, in omnibus rebus, que sen-*  
*sibus tuis obijciuntur, & sub illa-*  
*rum accidentibus que sub sensum*  
*E 6 cadunt,*

84 Praxis per diem &c.  
cadunt, perfectius, quam sit  
substantia, presentem adora-  
ferè modo, quo adoras Sanctissimam  
eius Humanitatem, subductam  
quidem oculis corporeis, substan-  
tialiter tamen sub omnibus con-  
cratis hostijs, sacrisque illarum  
sensibilibus speciebus presentem  
atque ita totus Mundus amplius  
in templi loco tibi erit, in quo  
mensum DEVM tuum adoras  
precesque tuas ad illum fundere  
potes. O quanta tibi felicitas  
nasceretur si sic commodum tuum  
promovere stunderes, & hac  
praxi frequenter ute-  
reris.

